



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Amor mutuus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

*Malis cur  
Amoris de-  
dicata.  
Caem. li. 2.*

*est pallidior statua.* Poma vero ita magis rubescunt, uti magis exposita soli ab eo continguntur per-  
inde ac amator eo magis erubescit quo nequitia palam magis profertur, et in aperto deprehenditur. Sub ipsa malo Amores ludo editi consinguntur, sub qua illi cursitantes variis mollium herbarum involucris impediuntur: quiq; ita sunt implicati ut sese nequeant exolvere, labore conatuque quodammodo lassati, somno se dedunt, cuiusmodi lascivia gressus amatorios occupat. & in ergastulo cohibet: mox luxu inhabitantes soporat, profundissimoque opprimit veterno. Auro insignes rerum pharetra, aurea quæ inde promuntur tela, auro Danae capta, auro comparatur, auro detinetur amor. Nudi illi omnes, latique ac alacres obvolutant magno numero circum unamquamque malum. Amicula eorum variis texta coloribus, multiplicique arte laborata, in herbis neglecta jacent, multitudine florum involuta: quorum vis magna circumquaque toto eo agro pullulat: neque tamen illi capita coronant, utpote quibus comæ illæ flavescerent, nitida, crispula, satis afferant ornamenta. Alarum pinnulas habent cæreles & piniceas, nonnulli etiam antea Pfitacorum, Pevonumq; instar, quibus quodam veluti concentu, sonoroque strepitu aëra diverberant. Sed quid ego de calathifcis, in quos mala congerunt, dicam? quanta illos gemmarum Sardoniorum, quanta Smaragdorum, quanta Margaritarum vis debachatur? Vulcanum id opus effinxisse patet. Iocundum vero visum est, ut sponte sua, ac suapte vi, ad quantumvis alta, summotaque mala provolant, ut nulla his scalarum necessitas sit ad scandendum. Sed ne interim alios saltitantes alios cursitantes, alios quiescentes memorem, vel qualem in abrodendis malis latitiam præ se ferunt, illud spectatum præcipue dignum, quod ex his quatuor omnium speciosissimi certamen incunt, quorum duo malis invicem se petunt, alii duo sese confodiunt telis, alternis sese ictibus læscerentes: ne que dum mutuis vulneribus confodiuntur, vulnera depellere, prohibere, vel declinare que quam curant, verum multo alter alteri pectus obiccat, ipsisque vulneribus exponit, eo quidem consilio, ut in medio emnes pectore infideant sagittæ.

*Hic de Phis  
destrato in  
a. amibus,  
c. ap. de amo  
r. ius.*

#### AMOR MUTUUS. CAP. IV.

**E**Xiis autem certatorum paribus duos illos qui malo luscitant, voti compotes esse dicas. Nam qui jaculatur, ex osculatum prius malum emittit, quod alter sublatiis supinisq; manibus excipit, neq; ulla contatio futura videtur, quin idem comprehenso malo sit oscula relibaturus, atq; ita in socium pari certamine remissurus.

#### AMOR PERDITUS CAP. V.

**E**X illo vero sagittariorum pari, unus alteri vincula inpicit pene moribundo, in sultatque ferocius, ut captivum faciat. Ille contra nihil molitur, nihil reluctatur, sed tanquam perdita rem manus vinculis obiccat: proinde qui luscitant, amorem auspiciari, qui se feriunt sagittæ, nullum amoris finem appetere videntur.

*Ibidem.*

#### INIQUUS AMOR. CAP. VI.

**S**unt & alii ad quos innumeri spectatores confluunt, hinc manus in palæstram conferunt animosiores, ac Athletarum alter, manibus ad alterius humeros appressis, complexus hostem quodam venturi suffocandi studio collidit, subditque crura astu artificiosa complicata, ut pede post colluctatoris calcem obfirmato, una ipsam protrudat, & in ipsa bundum super & ipse cornuat: neque tamen alter animum despondet, ac erectus contra instat & obluatur, quaque maxime angitur parte colluctatoris manum solvere conatur, uno digitorum obrorto, quo ita aliis facultatem eripiat firmiter apprehendendi. Qui vero digito læditur, dolore percitus hostis aurem admordet, quo animo adverso Amores ceteri graviter indignati in perperam & insolenter facientes, ac luctari certaminis leges, jura, fas, atque mores transgredientem feruntur, malisq; illum certatim impetentes, toto in unum agmine concitato eum in fugam avertunt, totisq; hortibus ejiciunt eliminantq;. Atq; ita deinceps hinc Amorum omnes circa mala versantur.

*Ibidem.*

FUEL